16. Horum autem status antequam ad ordinis nostri originem corporaliter se unirent fuit quadruplex: primus 465 quantum ad ecclesiam; secundus vero quantum ad civita- tem; set tertius quantum ad Domine nostre honorem; et

tempo presente: «Arcturus volvit, quia haec (Ecclesia) in noctis huius tribulationibus rotatur. Sed hunc Arcturi gyrum quandoque Dominus dissipat, quia labores Ecclesiae ad requiem permutat. Tunc et Pleiadas plenus iungit, cum gyrum Arcturi destruit, quia tunc nimurum sancti omnes etiam visionis sibi specie copulantur, quando in fine mundi Ecclesia ab his quos nunc sustinet laboribus solvit». La LO applica la similitudine ai sette Padri congiunti insieme da nostra Signora e riempiti dei sette doni dello Spirito Santo (cf. F. DAL PINO, *op.cit.*, p.397-398).

²⁸ Cf. Is 11,2-3: «Et requiescat super eum spiritus Domini: spiritus sapientiae et intellectus; spiritus consilii et fortitudinis; spiritus scientiae et pietatis, et replebit eum spiritus timoris Domini».

²⁹ Il riferimento alla settima età deriva dal pensiero agostiniano, diventato comune nel Medioevo. Agostino divide la storia del mondo, dalle origini al ritorno di Cristo, in sei età quanti sono i giorni della creazione. La settima età sarà il tempo del ritorno glorioso di Cristo e della felicità dei giusti con lui: età che corrisponde al settimo giorno o «riposo di Dio» (vedi F. DAL PINO, *op.cit.*, p.397).

quartus quantum ad eorum anime perfectionem.
Primus ergo horum status fuit quantum ad ecclesiam.
470 Est enim ecclesie et fidei nostre triplex universalis status, in quo ipsa fides et ecclesia fidelium conservari invenitur: scilicet status virginum vel ante matrimonium continere proponentium, et status in matrimonio existentium, et tandem status a matrimonio per consensum coniugum
475 vel per alterius mortem solutorum et in omni castitate dexter se tenere amore Dei proponentium: quo triplici ecclesie statu, supradicti septem viri ante eorum corporalem ut prediximus unionem, laudabiliter consistere sunt inventi. Nam eorum aliqui virginitatem vel castitatem per-
480 petue servare statuentes nondum matrimonio se ligaverant; alii vero erant matrimonio iam coniuncti; et alii nichilominus erant per mortem uxorum a matrimonio tunc soluti. O magne et mirabilis opus caritatis et plenum fidelissimo sacramento! Nam sicut per septenarium nu-
485 merum virorum predictorum suum ordinem incipere debentium ordinis sui futuram perfectionem in septem Spiritus Sancti donis debere consistere [in quo salutifere dicti septem viri sunt inventi] aperte Domina nostra voluit declarare; ita et per triplicem ecclesie statum in quo salutife-
490 re dicti septem viri sunt inventi aperte omnibus voluit intimare, quod ad dictum suum ordinem velut ad sextam refugii civitatem spiritualem omnes in quocumque statu fidei et ecclesie inveniantur, posse pro sue anime salute acquirenda vel iam acquisita conservanda secure accedere;
495 et tandem accedendo et in eo usque ad sue vite finem sibi debite et fideliter serviendo gratiam (*f.3rb*) et gloriā debere a se et suo filio impetrare. Et ita apparet primus eorum status. Qui primus eorum status exprimitur in libel-

|| 487-488: in quo salutifere dicti septem viri sunt inventi] espunto nel *cod.* || 498 status. Qui primus] status. Secundus autem status qui primus *cod.*, espun-
gendo: Secundus autem status

lo constitutionum antiquarum³⁰, quas in seculo servabant ante corporalem eorum unionem, ubi sic legitur: «Quo- 500 niam autem ex isti <s> aliqui aligati erant vinculo coniugali; et propter hoc artioris vite semitas ingredi non valentes, medium quamdam et communiorem viam elige-
re disponebant tam coniugatis quam non coniugatis faci-
lem ad servandum». 505

17. Secundus autem status in quo ante ordinis nostri originem fuerunt, erat quantum ad civitatis utilitatem. Consistit autem civitatis et civium utilitas corporalis in mutua rerum terrenarum commutatione propter quam facilius et utilius perpetrandam diverse sunt negotiationes 510 et artes in civitatibus adinvente. Supradicti septem viri ante suam ad invicem corporalem unionem, insta terrena negotiandi et mutuo commutandi secundum mer-

|| 501: istis] isti *cod.* || 506: Secundus autem status in quo ante] scritto su rasura || 512: insta così il *cod.* per: ista

³⁰ Non sono le «Constitutiones antiquae» edite in *Monumenta O.S.M.I*, p.27-54; si tratta di un libretto perduto che narrava l'itinera-
rio spirituale dei Sette quando erano ancora nel mondo. Ai numeri 13 e 14 l'autore della LO aveva narrato di un libriccino del beato Filippo, intitolato ‘Dell’origine dell’Ordine’, che appunto narrava gli inizi dell’Ordine nostro e il suo primo sviluppo: libro che -dice l’autore- «sembra che i frati abbiano smarrito per negligenza». A. Serra (*Fra Taddeo Adimari (1445 c.-1517) e il suo ‘De origine ordinis servorum libellus et mores beati Philippi’*, Milano 1965, p.104-105 e altrove) ha avanzato un’ipotesi documentata che questo espediente letterario del-
lo ‘smarrimento’ sottintenda invece la incorporazione del testo cosid-
detto perduto nel racconto attuale. A questo punto, mi permetto avan-
zare anch’io un’ipotesi completiva: che cioè il ‘De origine ordi-
nis’ del beato Filippo abbia assunto qui il nome nuovo di ‘Constitu-
tiones antiquae’, di cui in nessun altro luogo e da nessun altro si parla:
esse infatti non forniscono il regolamento della ‘Società maggiore di
nostra Signora’ di Firenze, di cui facevano parte i Sette, ma presenta-
no direttamente il loro cammino, in ambedue i passi dove sono citate
ad litteram, cioè nel presente numero 16 e nel numero 18.

cantie artem erant constituti. At vero ubi margaritam
515 pretiosam invenerunt³¹, vel potius a Domina nostra per
eorum corporalem et anime unionem producendam et
noviter mundo procreandam Spiritu Sancto eos docente
cognoverunt ut ipsam margharitam scilicet ordinem no-
strum compararent, vel potius institui et noviter in mun-
520 dum per eos introduci a Domina nostra impetrarent; et
eam omnibus digne et fideliter Domine nostre servire cu-
pientibus exiberent, non solum omnia que possidebant
secundum evangelicum consilium vendentes³² pauperi-
bus³³ errogabant, verum etiam seipos Deo et Domine ad
525 eis fidelissime serviendum voluntate ilari impenderunt; ac
per hoc cum prius essent negotiatores terrenorum, nego-
tiationem et artem animas Domino et Domine nostre re-
ligandi vel iam religatas servandi et eis fidelissime serviend-
i per eorum corporalem et anime unionem invenire in-
530 cipientes (quae negotiatio et ars ab eis incepta, tandem per
beatum Philippum erat perfectione nobilissima conser-
vanda, et perfecta fratribus in posterum Deo et Domine
nostre fideliter servire cupientibus relinquenda), facti
sunt celestium negotiatores et animarum omnium salvari

| 517: mundo procreandam Spiritu Sancto] scritto su rasura

³¹ Cf. Mt 13,45-46: «Iterum simile est regnum caelorum homini ne-
gotiatori, quaerenti bonas margaritas. Inventa autem una pretiosa
margarita, abiit, et vendidit omnia quae habuit, et emit eam». La LO,
in luogo del regno dei cieli, considera l'Ordine dei Servi di Maria come
la perla preziosa, che i sette Padri acquistarono, lasciando tutto.

³² Cf. Lc 12,33: «Vendite quae possidetis, et date eleemosynam. Fa-
cite vobis sacculos qui non veterascunt, thesaurum non deficientem
in caelis».

³³ Cf. Mt 19,21: «Ait illi Jesus: Si vis perfectus esse, vade, vende quae
habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo: et veni, seque-
re me». La LO accosta insieme tre distinti testi evangelici per com-
mentare la scelta che i sette Santi fecero, ispirati dalla nostra Signora.

debentium amatores. Et ita appare secundus eorum sta- 535
tus.

18. Set tertius status eorum ante ordinis originem fuit
quantum ad Domine nostre reverentiam et honorem.
Nam Florentie est quedam sotietas ad honorem Virginis
Marie a longissimo tempore instituta que ex sui diuturni- 540
tate et hominum et mulierum multitudine, et sanctitate
licet in eadem civitate multe alie Domine nostre sotie-
tates existant, nomen maioritatis pre ceteris est specialissi-
me et singulariter consecuta, ita ut quamquam omnes alie
generali nomine Domine nostre sotietates nuncupentur, 545
ista tamen specialiter 'Sotietas maior Domine nostre' ap-
pellatur. Ex ista predicti septem viri nostri ordinis incep-
tores velut Domine nostre precipui amatores ante eorum
corporalem unionem extiterunt. Quare cum ut ex supra-
dictis aparet noster ordo ex provincia Tuscie et civitate 550
Florentie et a dicta Domine nostre maiori sotietate origi-
nem habuerit manifestum est, omnes nostri ordinis fra-
tres non solum obligari ut dictum locum et gentem supra-
dicte civitatis, et(f.3va) provincie nec non et sotietatis an-
ticedite coraliter diligent et honorent, verum etiam ut 555
semper pro dicto-loco et gente devotas Deo pro loci con-
servatione et gentis sepe dicte santificatione preces fun-
dant. E converso etiam apparet, omnes de provincia ante-
dicta generaliter, et de civitate Florentie specialiter; et spe-
cialissime omnes de dicta maiori Domine nostre sotietate 560
necessarie perpetuo obligantur, si tantum sibi a Domina
nostra concessum beneficium intuentur, fratres omnes
ordinis fratrum servorum sancte Marie et ordinem totum
ubique terrarum omni reverentia venerari; et dictis fratri-
bus et ordini eorum quidquid possunt quod cedat ad Do- 565

| 543: sotietates existant] sotietates sint existant cod., espungendo: sint

mine nostre honorem et ipsorum utilitatem totis viribus procurare. Nam sicut civitas bononiensis est per beatum Dominicum et per consequens ex ordinis fratrum predicatorum origine exaltata, et civitas Assisii per beatum Franciscum et per consequens ex ordinis fratrum minorum origine ab omnibus venerata, ita civitas Florentie est per beatum Phylippum et per predictos septem viros et per consequens ex ordinis Domine origine specialiter et singulariter et mirabiliter adornata; quapropter sicut bo-
570 nonienses ordini fratrum predicatorum ex dicta causa te-
nentur ipsum exaltare pro posse, et civitas Assisii ordini
fratrum minorum obligatur ex causa iam expressa toto
corde utilia et beneficia affectare, ita omnes de provincia
Tuscie generaliter, et cives florentini spacialiter, omne-
575 sque de dicta sotietate singulariter coguntur ordinem Do-
mine nostre ex eis productum velut thesaurum eis a Do-
mina nostra specialissime commendatum totis viribus
Florentie et ubique terrarum ad Domine nostre reveren-
tiam et honorem conservando et adiuvando augmentum
580 ipsius procurare. Et ita apparet eorum status tertius: qui
tertius eorum status quantum ad reverentiam Domine
nostre aperitur in prefato constitutionum libello; ubi sic
legitur: «Imperfectum suum proinde verentes, sano usi
consilio ad pedes regine celi gloriosissime scilicet Virginis
585 Marie tota se suorum cordium devotione humiliter con-
tulerunt ut ipsa tamquam mediatrix et advocata suo eos
filio reconciliaret et commendaret ac sua copiosissima ca-
ritate ipsorum supplens imperfectum fecunditatem illis
meritorum misericorditer impetraret. Hi <n>c est
590 quod ad Dei honorem sese gloriose Virginis Matris eius
servitio mancipantes, servi sancte Marie voluerunt exinde

| 571: Florentie] Florentie et per consequens cod., espugnando: et per conse-
quens

nuncupari, modum sibi vivendi, de sapientum consilio as-
sumentes».

19. Quartus autem status horum ante nostri ordinis origi-
nem fuit quantum ad anime eorum perfectionem, et per 600
hoc tandem dignam ex eis sic perfectione preparatis no-
stri ordinis futuram institutionem; cuiuslibet namque se-
cundum Deum perfectio consistit in vita, si ea habituetur
christiana religione, cum per solum vere et christiane reli-
gionis habitum superior vita, que per baptisma vel per pe-
nitentiam incoatur, valeat contemplari: nisi enim credide-
rimus secundum Ysaiam, non intelligemus³⁴, et per conse-
quens nec contemplari poterimus vitam predictam; est
autem baptisma fidei sacramentum, quia per eum fides ac-
quiritur vel potius (*f.3vb*) a Deo datur; set penitentia est 610
fidei per eresim perdite reacquisitio, vel fidei per pecca-
tum maculate pulcritudinis pristine per admotionem ma-
cule restitutio. Est enim ut superius fuit ostensum vera
Christi religio virtus superioris vite que per baptisma et
per penitentiam incoatur virtute passionis Christi con- 615
templativa, per quam religamus animas nostras Deo ad di-
vinum cultum servandum. Isti igitur viri venerabiles et
primi parentes et nostri ordinis inceptores, ante suam ad
invicem corporalem unionem, et nostre religionis incep-
tionem perfecti existebant; nam vere religionis christiane 620
habitum per penitentiam iam voluntarie assumptam ha-
bebant, etsi non omnes eam que <est> per baptis-

| 594: Hinc] Hic cod. | 609: per eum] concordanza errata nel cod. | 612: ad-
motionem] così il cod. per: amotionem | 622: est] aggiunto al testo, invece di:
esset, del Morini

³⁴ Cf. Is 7,9. Il testo biblico è citato a senso dall'autore della LO. In-
fatti in Is 7,9 il profeta, incoraggiando i gerosolimitani a confidare in
Dio contro le macchinazioni dei re di Siria e di Israele, dice: «Si non
credideritis, non permanebitis».

smum religationem servaverant, iam enim vitam gratie superiorem contemplari per dictum religionis habitum 625 ceperant, et amore eius suas iam animas Deo religaverant, vel potius eas iam religatas servabant et ad divinum cultum servandum, totis se viribus exercebant.

Virtutem autem christiane religionis eos habuisse non est dubium, nam cum virtus sit habitus electivus in mente 630 consistens quoad nos, et determinatus a ratione, et prout utique sapiens determinabit et isti gloriosi viri primi nostri ordinis inceptores virtutem religionis inspiratione di- vina cognoscentes, et eam velut pretiosissimam inventam et cognitam margaritam habitualiter induere cupiendo, 635 eligentes, et semetipsos et sua plenissime pro ipsa possi- denda venundantes³⁵, nec non et in cunctis suis operibus secundum rationis determinationem secundum suum posse retinentes, non quidem secundum alicuius terrena sapientis determinationem, set secundum quod ipsa sa- 640 pientia increata in suis verbis evangelicis sacratissime de- terminavit, non est dubium eos religionis habitum ha- buisse et secundum eumdem habitum perfectionem secundum Deum possedisse, nec non et perfectionis opera exercuisse; nam virtus est que habentem perficit, et opus 645 eius bonum reddit. Eos autem habitum religionis habuis- se ex hoc apparet; nam signum generati habitus est gau- dium vel tristitiam fieri in opere. Isti autem viri gloriosi in cunctis suis actibus et operibus, gaudium vel tristitiam habebant; nam quandocumque se medium in quibuscum- 650 que actibus vel operibus suis tenere cognoscebant, ultra

|| 624: religionis] restituito dal Morini; cod.: religationis || 646: generati] age- nerati cod.: vedi Nota previa

³⁵ Cf. Mt 13,45-46.

quam credi potest, in Domino gaudebant; si quando au- tem a medio quorumcumque actuum vel operum diver- bant, vel se divertere extimabant, semetipsos dolore et la- crimis dolendo emendabant; quare religionis habitum eos possedisse ex dicto signo gaudii operis vel tristitie³⁶ Deo in- 655

|| 651: Si quando] corretto dal Morini; cod.: Signum || 654: religionis] legionis cod.

³⁶ Questo numero 19, e forse parte del numero 20, si ispira e dipende in modo evidente dall'Etica di Aristotele in uso nelle Scuole al secolo XIII e XIV. Segue infatti la definizione aristotelica di «virtù» come «abito», applicandola alla virtù o abito della religione cristiana dei nostri Padri, iniziata col battesimo, continuata con la penitenza e l'esercizio delle opere sante. Il p. Davide M. Montagna (*Nuove ricerche filologiche sulla «Legenda de origine Ordinis fratrum Servorum»*, in *Studi Storici O.S.M.*, 27 (1977) p. 165-168) ha riscontrato due citazioni dirette dell'Etica Nicomachea di Aristotele (Libro II, capitolo 6):

1) «...nam cum virtus sit habitus electivus in mente consistens quoad nos, et determinatus a ratione, et prout utique sapiens determinabit...». D. Montagna ha giustamente notato una differenza dovuta forse al copista della LO tra Aristotele e il nostro testo: il quale ha «in mente» invece che «in medietate». Tutto il contesto infatti sottintende e talvolta esplicita questa *aurea mediocritas* dei Padri, il loro equilibrio tra l'eccesso e il difetto, come voleva Aristotele. Anche S. Tommaso ha citato nella *Summa Theologica*, I-II^æ, qu.56, a. 1, quest'affirma in maniera giusta per quanto riguarda «in medietate», ma carente del «quoad nos», che è in LO e in Aristotele;

2) «...nam virtus est que habentem perficit, et opus eius bonum reddit»: letteralmente dall'Etica Nicomachea di Aristotele, libro II, capitulo 6.

Ho riscontrato una terza citazione dalla stessa Etica Nicomachea, al libro II, capitolo 3, che fa da supporto all'interpretazione spirituale della LO: «...nam signum agenerati habitus est gaudium vel tristitiam fieri in opere». Questa terza citazione segue immediatamente la seconda, per cui ritengo non si possa accettare l'ipotesi avanzata dal p. Montagna di due testi giustapposti nella LO, il primo più recente in cui figurerebbero le due prime citazioni d'Aristotele, il secondo più arcaico: infatti tutto il testo segue Aristotele.

Come si vede, l'autore della LO, nel presentare il profilo interiore dei Sette, li definisce 'virtuosi' nella pienezza del termine, comprovato dalla filosofia e dalla teologia.

spirante, et Domina nostra procurante, firmiter teneamus.

20. Hic autem vere christiane religionis habitus eos superiorem gratie et glorie vitam contemplari cogebat; nam hec est propria eius domina circa celestem vitam contemplandam facere suos possessores versari. Erant igitur iam tantum ex dicto religionis habitu ad celestia contemplanda animati et quasi ad modum nature continue inclinati, quod iam optimam ita contemplationis partem elegere 665 rānt³⁷, quod nichil amplius (*f.4ra*) de terrenis curando, set sola celestia scire et habere affectando, cum solis viris celestibus et celestia tractare cupientibus habitare et conversari querebant. Quare iam cum Apostolo certissime dicere poterant: «Nostra conversatio in celis est³⁸».
670 Amore igitur vite celestis quam contemplando cognoverant, se ipsos et animas proprias Deo religaverant, vel potius religatas cum Deo indissolubiliter tenere cupiebant; ipsi namque iam erant in tantum Deo vinculis caritatis ligati, quod non solum ab eo separari tamquam mat 675 ximum supplicium formidabant, set et in presenti seculo amplius vivere moleste ferebant et corpoream mortem delectabiliter ut esse possent <cum eo> expectabant; quapropter ut ei possent inseparabiliter uniri cum Apostolo dicere poterant: «Concupiscentiam habemus dissolvi et esse cum Christo³⁹».

|| 660: *domina*] così il codice, anche se il senso resta oscuro: vedi Nota previa

|| 677: *cum eo*] introdotto dal Morini

³⁷ Cf. Lc 10,38-42. Gesù rispondendo a Marta, dice di Maria unicamente intenta alle sue parole: «Maria optimam partem elegit, quae non auferetur ab ea».

³⁸ Fil 3,20.

³⁹ Fil 1,23: «Coarctor autem e duobus: desiderium habens dissolvi,

21. Tandem autem sic Deo religati et perfecte religiosi effecti ut dicte religionis habitum secundum effectum proprium exercendo conservarent, iugiter divino cultui insistebant. Est autem duplex divinus cultus: unus quorum qui est generalis qui est in seculo consistentium et se 685 post baptisma vel saltem post penitentiam a peccato servare cupientium.

Alius vero est ad religionem corporaliter transeuntium, quo non solum se a peccato conservant, set et insuper tribus religionis votis se obligant et divino servitio solum intendere desiderant. Isti igitur viri religiosi primi nostri ordinis processores adhuc in seculo consistentes, tamquam iam nec Deo amore superioris vite religati primo divino et generali cultui insistendo, Deum super omnia diligebant⁴⁰, et in eum cuncta que per eos fiebant debito ordine 695 dirigendo eum in cunctis cogitationibus, verbis et operibus honorabant; et ita Deo cuncta que per eos bona opera fiebant tribuendo, et ab eo recognoscendo, et per consequens secundum primum et generalem cultum divinum vivendo, ad secundum specialem divinum cultum se preparando ordinabant, scilicet ad sui invicem unionem, et ad tria religionis vota, scilicet obedientiam castitatem et paupertatem servandam perpetuam obligationem, et ad se solum Domine nostre servitio mancipandum voluntariam coarctationem.

705

|| 692: *processores*] così il *cod.* in luogo di: *precessores*

et esse cum Christo, multo magis melius: permanere autem in carne, necessarium propter vos». L'autore della LO ha cambiato forse a memoria il termine di Paolo «desiderium» con «concupiscentiam».

⁴⁰ Dt 6,5; Mt 22,37.

CAPITULUM QUARTUM

Quare tantum septem viri electi ad nostrum ordinem incoandum et de eorum perfectione et de triplici ordinis nomine

710 22. Tales igitur o frates mei et tam hii viri gloriosi parentes nostri et primi nostri ordinis inceptores, et antequam ad nostri ordinis originem se unirent, laudabiles ut prediximus extiterunt. O quanta dignitas et quanta parentum nostrorum nobilitas, et vere cum reverentia ab 715 omnibus cogitanda! Tales namque et tanti apud Dominam nostram meriti extiterunt, quod ordinem suum et servorum suorum ex eis sibi placuit incoare. O viri admirabiles et digne nostre perfectionis lumine (*f.4rb*) spirituales stelle Pliades superius nominati, et idcirco a Domina 720 nostra corporaliter et mente adunati ad suum ordinem principiandum, et ad girum Arcturi quo in circuitu impii spiritualiter ambulant dissipandum, et ad rectum iter quo ad celestem gloriam veniatur initiandum! Nam sicut stelle Pliades septem existentes, que sunt in genu Thauri, quod 725 Thauri signum sol intrat in mense aprilis, xv scilicet die, quapropter necesse est eas incipere oriri verno tempore, cum sol fortius radiis suis calefaciens terram aperit et arabilem reddit, et nichilominus arbores florere et pullulare facit⁴¹, ita isti viri gloriosi et primi nostri ordinis condito-

|| 706: Capitulum Quartum] Capitulum quartum Quartum cod., espungendo: quartum || 716: meriti] merita cod. || 726: verno] vario cod.

⁴¹ Cf. Sir 44,1.

res, velut septem celestes spirituales stelle Pliades, cum 730 iam lux mundi Christus lumine suo fortius per duo supradicta luminaria, scilicet beatum Dominicum et beatum Franciscum uno tempore mundum noviter illuminare inradiando et calefaciendo incepit, iamque frigore infidelitatis retrocedente, et calore caritatis per verbum predicationis et exemplum humilitatis prius quasi extincte redeunte, tempore quo terra cordis humani solis iusticie calore aperiri et scissione arabilis reddi per veros vomeres Dei aratores et cordium rimatores incepit tempore nichilominus quo arbores, duo scilicet beati Dominici et beati 740 Francisci ordines adhuc ipsis viventibus florere virtutibus et heresum veros extirpatores pullulando producere incepserunt; isto inquam spirituali tempore veris quo ista fiebant, isti oriri mundo corporaliter incepserunt; qui in processu temporis in tantum coram Deo perfectione ut pre- 745 diximus et meritis ascenderunt, quod supradicto tempore nativitatis beati Phylippi, anno scilicet Domini 1233, ad tantum perfectionis statum mediantibus dictis duobus lumenibus, et fratribus iam in ordinibus ab eis fundatis existentibus et verbum Dei iam aperte predicare incipientibus devenerunt, quod iam spirituales stelle effecti per se poterant radios verbi Dei et exempla humilitatis producendo alios suo exemplo ad statum perfectionis aducere.

Signum autem evidentissimum perfectionis et religiositatis eorum ex hoc colligi potest, quod ex eis Domina nostra in tali iam statu existentibus voluit suum et suorum servorum ordinem incoare; nisi enim pre ceteris ad sanctitatis culmen ascendissent, et sibi et filio suo plus aliis tunc temporis cum ei placuit suum ordinem incoare acceptabiles extitissent, procul dubio non magis hos quam alios ad 760

|| 735-736: calore caritatis...humilitatis prius quasi extincte] così il cod.; il Morini, forse a ragione, inverte: calore caritatis prius quasi extincte...humilitatis || 737: humani] humarii cod. || 753: alios] alios i cod., espungendo la i

tanti sibi ordinis dedicandi suoque nomine nominandi
<opus> primitus incipiendum assumpsisset.

23. Nec hoc obstat hiis que de horum perfectione et religiositate diximus, quod nullum miraculum ab eis in vita
765 vel in morte factum fuisse, vel saltem post mortem eorum corpoream narramus. Nam multis vel omnes vel aliqui eorum miraculis coruscare in aliquo dictorum tempore potuerunt; et tamen non <est> inconveniens propter temporis longitudinem et antiquorum nostri ordinis
770 mortem, nullum eorum ad me quod narrare debeam pervenisse. Alia autem causa est, quia miracula facere non est perfectionis et perfecte (*f.4va*) religiositatis certissimum et singulare signum; sic enim nullus posset dici perfectus et vere religiosus per quem Deus in aliquo tempore predi-
775 torum miracula non ostenderet quod falsum esse nulli debet dubium esse: Deum enim summe diligere et caritatem cum omnibus custodire, et humilitatem coraliter tenere, omnibus perfectis et vere religiosis datur. Nam Dominus noster non dixit: «Discite a me» mortuos suscitare, cecos
780 illuminare, sed «quia mitis sum et humilis corde⁴²»; et illud: «Exemplum meum dedi vobis ut diligatis invicem sicut dilexi vos⁴³». Unde cum multi ad sui perfectionem et

|| 762: opus] introdotto dal Morini || 768: est] aggiunta richiesta dal senso; Morini: esset

⁴² Mt 11,29: «Tollite iugum meum super vos, et discite a me, quia mitis sum, et humilis corde: et invenietis requiem animabus vestris». Tuttavia il testo di Matteo, così fondamentale nella LO, è letto attraverso il commento di Agostino (*Sermo 69, olim 10 de verbis Domini*, 2. PL 38,441): «Tollite iugum meum super vos et discite a me, non mundum fabricare, non cuncta visibilia et invisibilia creare, non in ipso mundo mirabilia facere et mortuos suscitare; sed, Quoniam mitis sum et humilis corde».

⁴³ Gv 13,15.34.

religiositatem in generali iuditio allegandam signo miraculorum utendo dicturi sint: «Domine, nonne in nomine tuo demonia eieci mus, mortuos suscitavimus», et cetera⁴⁴, sunt nichilominus a Christo tandem, ut miracula facere esse fallax perfectionis et religiositatis signum ostendatur, audituri: «Amen dico vobis nescio vos⁴⁵, discedite a me qui operamini iniquitatem⁴⁶; quod profecto responsionis sibi verbum terribile non audirent, si miracula facere esset evidens perfectionis et religiositatis signum.

24. Est et alia singularis et potissima causa, quare nullum audivimus ab eis licet perfecti extiterunt operatum miraculum, quam causam memini me superius tetigisse; nam ideo Domina nostra nullum sanctorum et perfectorum virorum miracula evidentia facientem voluit sui ordinis esse inceptorem, ut se singularem dicti sui ordinis suo specialiter nomini dedicandi ostenderet fundatricem; quod non leviter et casualiter, set magna Dei et Domine nostre tenendum esse factum dispensatione. Cum enim ordines omnes a suis convenienter principalibus fundatoribus nominantur, et ordo Domine nostre ab ea erat specialiter nuncupandus, dignum fuit dictum ordinem nul-

|| 785: eieci mus] eieci mus eieci mus cod., espungendo il secondo || 799: causaliter] causaliter causaliter cod., espungendo: causaliter

⁴⁴ Cf. Mt 7,22: «Multi dicent mihi in illa die: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, et in nomine tuo daemonia eieci mus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus?». Il testo di Matteo è citato a memoria dalla LO.

⁴⁵ Mt 25,12: lo sposo rifiuta di aprire alle cinque vergini stolte, che son giunte in ritardo.

⁴⁶ Mt 7,23: «Et tunc confitebor illis: Quia numquam novi vos: discedite a me, qui operamini iniquitatem». L'autore della LO congiunge insieme in una sola sentenza il rifiuto di Cristo-sposo e la condanna di Cristo-giudice.

lum preter ipsam habere alium sui ex proposito fundato-
805 rem. Actestatur autem supradicte veritati hoc quod dic-
cam: si enim dicti Domine nostre ordinis alicui alteri pre-
ter quam sibi deberet tribui fundamentum, maxime dictis
septem viris propter eorum perfectionem et nichilominus
quia fuerunt primi ordinis hoc esset specialiter tribuen-
810 dum, set ut a supradicto fratre Alexio qui unus de septem
fratribus fuit audivi, quod et fratribus sepe dicere assole-
bat, nec omnibus septem primis fratribus nec alicui eo-
rum hoc ullanetus tribuendum. Hoc enim est verbum
quod mihi dixit et ut dictum est sepe fratribus refferebat:
815 «Nunquam, inquit, fuit mee nec sotiorum meorum in-
tentionis ordinem novum hedificare nec quod ex mea et
sotiorum meorum corporalem ad invicem unionem tanta
fratrum multitudo pollularet, set solum ego et sotii crede-
bamus nos divino spiramine congregatos, ut a mundo
820 corporaliter segregati, facilius et dignius Domini voluntate
impleremus; quare solum hoc est Domine nostre im-
putandum; et per consequens ab ea noster ordo beate Vir-
ginis Marie est singulariter nuncupandus».

25. Non <autem> contradicit hoc veritati iam dic-
825 te, quod ordo noster etiam vocatur ordo fratrum ser-
vorum beate Virginis Marie; nam ordo noster triplex no-
men est sortitus, quorum unum a regula generaliter, aliud
ab actu proprio existentium (*f.4vb*) in ordine specialiter,
et aliud a Domina nostra singulariter sua fundatrice. Nam
830 sicut ordo fratrum predicatorum habet nomen generale a
regula a qua regula ordo sancti Augustini vocatur, et ha-
bet aliud nomen speciale ab actu proprio fratrum in eo
consistentium, a quo ordo fratrum predicatorum speciali-

| 816-817: ex mea...corporalem...unionem] così il *cod.*, con evidente sgramma-
ticatura | 824: autem] aggiunto al margine del *cod.*, forse da altra mano |
827: aliud] aliud singulariter *cod.*, espungendo: singulariter

ter nominatur, et tandem habet aliud nomen singulare
sumptum a primo suo fundatore, a quo ordo beati Domi- 835
nici singulariter nuncupatur, ita ordo noster suo modo
triplex nomen accepit: habet enim unum nomen generale
a regula beati Augustini, quam senes nostri ordinis profi-
tentur, a qua regula <ordo> beati Augustini generaliter
nominatur, et habet aliud nomen speciale ab actu pro- 840
prio in eo consistentium, a quo actu ordo fratrum <ser-
vorum> beate Virginis Marie specialiter vocatur; et tan-
dem habet aliud nomen singulare ab ipsa Domina nostra
prima sui fundatrice acceptum, a qua ordo beate Virginis
Marie singulariter nuncupatur. Quare congruenter ordi- 845
nem nostrum, ordinem beate Virginis Marie conclusimus
nominari: nam licet ordo beati Augustini ut visum est ge-
neraliter dicatur, et ordo servorum beate Virginis Marie
specialiter nominetur, tamen ordo beate Virginis Marie
solum proprie et singulariter ut ratione expreimus mere- 850
tur ab omnibus appellari.

| 839: ordo] introdotto dal Morini | 841-842: servorum] aggiunto al margine
del codice da mano posteriore

CAPITULUM QUINTUM

De vita et morte fratris Alexi, qui fuit unus de septem
primis fratribus ordinem incipientibus, et quare tan-
tum supervixit⁴⁷ 855

26. Fuerunt igitur septem viri et tante ut predictum est perfectionis estiterunt, ut per eos suum Domina ordinem dignum duxerit incoare.

Horum autem nullum cum nostrum ordinem introivi,
860 reperi corporaliter supervivere, preter unum qui frater Alexius de quo superius mentionem fecimus vocabatur. Hunc autem fratrem Alexium placuit Domine nostre usque ad nostra tempora a corporea morte liberum reservare, quatenus ipso referente originem nostri ordinis ha-
865 beremus; et ita fratribus sibi usque ad diem iudicii in nostro ordine succedere debentibus, dicte originis memo-

|| 852-853: Capitulum Quintum. De vita et morte fratris Alexi] Capitulum V de vita et morte fratris Alexi 5^m nel cod., dove il V è stato inserito sopra la riga da mano posteriore || 855: supervixit] il cod. aggiunge, espungendolo: *Et nomina sotiorum et tempus mortis eorum* || 862: Domine nostre] il cod. aggiunge: plures, espungendolo

⁴⁷ Il titolo del capitolo nel codice continua con un inciso espunto dal copista: «Et nomina sotiorum et tempus mortis eorum». Forse, non avendo alla fine del capitolo trovato descritti i nomi e il tempo della morte degli altri sei santi compagni di fra Alessio, si vide costretto a cancellare con una fila di puntini la parte del titolo che più non corrispondeva ai contenuti. Chi poi abbia tolto dall'originale i nomi dei nostri Santi e il racconto della loro morte santa, e per quale ragione, ancora non si è potuto sufficientemente appurare, benché siano state formulate ormai da decenni diverse ipotesi.

riam traderemus. Ego igitur hoc desiderans, ne ipso fratre Alexio decadente, originis nostri ordinis memoria seu no-
titia inrecuperabiliter perderetur, et per consequens in-
gratitudinis vicio quilibet nostrum qui tempore eius fui- 870
mus reus haberetur, pluries de dicta origine nostri ordinis
eum interrogans, una tamen die cum eo in cella sua ad
hoc sciendum specialiter me recolligens et ab eo attentissi-
me et avidissime per ordinem et sigillatum ut melius scivi
de omnibus ad dictam ordinis originem essentialiter perti-
nentibus perquirens, omnia successive et per ordinem que
ipso reffrente poteram siscitari manu propria in quadam
carta scripsi; hanc autem cartam pluries postmodum cum
magno desiderio legens et que ibi erant examinando et
mente revolvendo ad memoriam reducens, tandem diabo-
lo invidente⁴⁸, cum quadam die in conventu Senarum ca-
su super puteum residerem, et dictam (*f.5ra*) cartam quam
mecum semper gerebam cum magna reverentia legendi
in manibus tenerem subito dicta carta de manibus meis
exiens et in altum aliquantulum ascendens, tandem me 885
super hoc licet coraliter dolente in puteum descendit. Set
licet ex eius perditione multa oblivioni propter temporis
longitudinem iam tradiderim, que in dicta carta contenc-
ta erant, tamen essentialia semper originis nostri ordinis
prout a dicto fratre Alexio audieram memorie commen- 890
davi, que nunc fidelissime Domina nostra volente et ad

⁴⁸ Cf. Sap 2,24. L'attribuzione dei mali umani all'invidia e alle insi-
die del diavolo, è comune tanto alla Bibbia quanto alla Tradizione ec-
clesiastica. Questo ingenuo espediente dell'autore della LO -come ha
documentato A. Serra mediante accurato confronto con simili 'Le-
genda' del tempo- lascia invece intuire che nulla è andato così fortui-
tamente perduto, ma che i documenti cosiddetti 'smarriti' sono stati
invece incorporati dall'autore, senza bisogno di citarli espressamente
ogni volta (Cf. A. SERRA, *Fra Taddeo Adimari (1445 c.-1517) e il suo
De origine Ordinis Servorum libellus et mores beati Philippi*, Milano
1965, p.67-130, spec.104-105.130).

hoc isto tempore me specialiter artante scribens fratrum nostrorum in posterum me^{<mo>}rie velut magnum ab eis desideratum thesaurum derelinquo.

895 27. Vita autem dicti fratri Alexii talis erat prout experientio didici et oculis conspexi, quod non solum presentes movebat suo exemplo, verum etiam sue et sotiorum perfectionis et ante dicte religiositatis statum approbabat. Ipse namque licet etatis gravitate, et corporis infirmitate, 900 et temporis longiturnitate, quo diei et estus pondus⁴⁹ in ordine sustinuerat debuisse naturaliter quietem appetere, cibos sue infirmitati congruos querere, vestes calidas induere, super stramina mollia ad corpusculi languentis recreationem iacere, tamen ex sui perfectione et religiositatis ostensione contraria appetebat. Nam cibum singulariter delicatum nunquam querebat set in communi refectorio cibis conventus contentus semper commedere volebat, si quando autem tanta infirmitatis gravedine tenebatur, ut ad communem refectionem cum fratribus ire non 910 poterat, cibos tamen conventus mutare nolens hiis contentus erat, vel ad plus quasdam erbas ex orto calidas colligens eas ad frigiditatem infirmi et antiqui corpusculi resecandam aliquando comedere assolens la<u>tiores cibos non querebat, vestes autem molles⁵⁰ indui aborrens, 915 set potius medium in induendo tenere cupiens, nec nimis viles nec penitus nobiles induuebat; lectum vero non quidem sue infirmitati et corporis gravitati congruum et per consequens suave et delectabile recipere volebat, set ut

|| 893: memorie] merie cod. || 902: infirmitati] infirmitatis cod., espungendo las || 913: lauiores] latiores cod. || gravitati] gravitate cod.

⁴⁹ Mt 20,12.

⁵⁰ Cf. Mt 11,8.

omnibus qui secum in conventu extiterunt est manifestum, ipse assidibus loco culcitre et sextorio loco inferioris linteaminis utebatur; labores vero corporales non quidem ut solet etas illa fugere set eos semper etiam ultra posse subire, etiam fratribus communiter de hoc dolentibus desiderans ex magna aviditate toto conatu eos assumebat. Humilitatem autem et caritatem in suis actibus verbis et operibus adeo conservabat, quod cum tante esset ut predictum est perfectionis et a fratribus omnibus velut qui unus erat de primis septem fratribus per quos suum Domina nostra ordinem incoavit, magno honore et reverentia haberetur, nullum tamen ex hoc humilitatis vestigium dimictebat: nam omnia officia communia quantumcumque vilia et gravia sicut quilibet fratrum minimus iuxta posse (f.5rb) suum facere conabatur. Nam et pro pane usque dum potuit extra domum pergendo aliquem laborem ferre ut quilibet alter fortis et minimus ire etiam fratribus super hoc communiter renitentibus suo die volebat; nec non et reliqua omnia vilitatis secundum mundum conventus officia cum aliis fratribus facere nitebatur; caritatem suam quam ad fratres habebat et humilitatem quam corde gestabat ex hoc ostendens, et exemplum similia faciendo fratribus fideliter Domine nostre servire cu- pientibus derelinquens.

28. Hic autem ad decrepitam etatem perveniens, et augmentum sui ordinis oculis propriis et fratrum multitudinem et sanctitatem conspiciens et iam cum gaudio securus premium pro fideli servitio recepturus ad Dominam suam Virginem Mariam *<migravit>*. Hic autem ad extremum vite sue perveniens, ad sue et sotiorum suorum

|| 935: ire etiam] etiam ire etiam cod., espungendo il primo *etiam* || 947: mi- gravit] da me introdotto per completare il senso della frase rimasta sospesa || 948: suorum] aggiunto nel cod. sopra la riga

contemplationis et puritatis ostensionem prout ex verbis
950 fratribus Lapi de Florentia, nepotis fratribus Sostegni collegi
qui in eius transitu interfuit, ante transitum suum angelos
ad se in specie avium albissimarum et ultra quam dici po-
test pulcernarum videns, et Christum in medio dictarum
avium et angelorum in specie pueri pulcerimi consisten-
955 tem et coronam auream cruce ornatam in capite baiulan-
tem conspiciens, fortiter acclamando fratibus hoc quod
videbat circumstantibus indicavit. Vixit autem fere cent-
tum decem annis, et pervenit usque ad 1310 annum a nati-
vitate Domini; quare secundum hoc apparet tempus quo
960 ipse cum sotii suis se univit ad nostri ordinis inceptionem intuenti, et cum predicto tempore mortis sue confe-
renti, quod dictus frater Alexius vixit in ordine nostro
septuaginta septem fere annis⁵¹.

| 953: et Christum] et Christum et cod., espungendo il secondo et | 963: sep-
tuaginta] septuaginta fere a cod., espungendo: fere a | 963: annis] il cod. ag-
giunge ed espunge: *Nomina vero sotiorum sex fratris Alexii cum eo nostrum*. Pri-
ma di *nomina* si legge: VA, dopo *nostrum* si legge: CAT (cioè, *vacat*), di altra
mano

⁵¹ Il codice continua con una sola frase, subito espunta dal copista: "Nomina vero sotiorum sex fratris Alexii cum eo nostrum": ovvia-
mente qui l'originale riferiva i nomi e le più essenziali notizie degli al-
tri sei santi Fondatori; il copista, giunto a questo punto, s'è trovato di
fronte a una lacuna; quindi cancellò con una fila di puntini le parole
già scritte e rimaste sospese; pose prima di «nomina» la sillaba VA e
dopo «nostrum» la sillaba CAT (=vacat), per indicare che il testo ori-
ginale si presentava mancante. Perché e come, non lo sappiamo.

CAPITULUM SEXTUM

De unione mentis dictorum septem fratrum in seculo, 965
et de eorum preparatione, et tandem de illorum corpo-
rali adunatione

29. Dum igitur quilibet istorum septem Florentie in propria domo habitando tanta perfectione et religiositate existeret, ut dignum Domina nostra eos ad sui ordinis ori- 970 ginem assumendi iudicaret, licet in diversis dicte civitatis partibus habitantes unus alteri<us> notitiam non haberet, tamen Domine nostre providentia qua eos ad suum instituendum ordinem dirigebat operante et voluntate et ipsorum opere quibus conveniebant exigente primo unus 975 alteri, deinde omnes invicem perfecta amicitia et caritatis vinculis⁵² mente colligantur; iustum quippe erat ut quos idem perfectionis et religiositatis habitus similitudine uniebat etiam amicitia mente caritatis suis vinculis copu-
laret, qui et tandem ad nostri institutionem ordinis non 980 multo post tempore erant a Domina nostra corporaliter adunandi. Signum autem certissimum eos fuisse perfecte iam caritatis amicitia ad institutionem nostri ordinis colli-
gatos, ex hoc colligitur, quod non solum in divinis et hu-
manis eos cum benivolentia et caritate dicta caritatis ami- 985 citia coegit sibi summe invicem men(f.5va)te secundum

| 972: alterius] alteri cod.

⁵² Cf. Os 11,4: «In funiculis Adam traham eos, in vinculis charita-
tis». Forse l'espressione «vincula caritatis» era comune nel linguaggio
religioso medievale.

Dei beniplacita consentire, verum etiam corporalem eorum absentiam non ferens nec patiens ipsos ad horam ab invicem sine gravi eorum molestia separari sicut iam 990 mente ad sibi in divinis et humanis sibi invicem complacendum uniebat, ita illos ad omnia terrena corporaliter relinquenda et mente oblivioni penitus tradenda animavit ac animando super hoc firmum propositum dereliquid quatenus ex hoc possent etiam corporaliter habitando si- 995 cut de mentis unione, ita de corporali iunctura bonis exemplis verbis et operibus se invicem confovendo delectari; et tandem cum Christo cuius amore tali invicem amicitia ligabantur, in celesti gloria mente et corpore recreari.

1000 30. Postquam autem tam firmo proposito se velle ad sue salutem anime continua usque ad mortem penitentia perdurante invicem corporaliter congregare, divino spiramine iam firmassent, sicut hoc non leviter et casualiter, set cum matura et firma deliberatione Domina nostra ad 1005 hoc eos specialiter inducente statuerant, ita etiam de hiis per que ad hunc finem iuste et libere possent devenire, et veniendo totum eorum residuum vite tempus inreprehensibiliter in Domini servitio et eius beneplacito consumare, spirituali cura et sollicitudine non modica provi- 1010 dentiam habuerunt; quare primo de hiis per que libere et juste ad finem corporalis eorum unionis concupitum devenire possent se expedientes, domos proprias et familias disponendo, ac familiis necessaria relinquendo, et re< si >duum pauperibus et ecclesiis pro eorum anime 1015 remedio distribuendo, sibi nichil penitus relinquere sue unionis tempore firmaverunt. Illi vero qui inter eos erant

| 994: ex hoc] ex hoc hoc cod. | 995: iunctura] punctura cod. | 998-999: re-
creari] recreati cod. | 1009: modica] monica cod. | 1013: ac] hac cod. | 1014:
residuum] reduum cod.

adhuc matrimonio coniuncti assensu uxorum secundum statuta iuris a dicto matrimonio se solventes, uxores suas etiam divino servitio ipsorum voluntate consecrandas similiter tradiderunt. De hiis nichilominus per que iam in- 1020 vicem adunati continuare in Domini servitio possent providendo per longum tempus ante suam corporalem unionem, quilibet eorum in dominibus propriis ad ea que se observare opportere< t > postquam essent invicem congregati, se iugi exercitio et continua assuefactione dispo- 1025 suerunt. Nam nunc vestes pretiosas abicientes, et viliores induentes clamidem et tunicam de panno bisio omnes primitus assumpserunt, nunc camisias lineas subtrahentes cilicia ad carnem tenuerunt, nunc cibum et potum parce et moderate summentes, ad necessitatem solum summere 1030 studuerunt; nunc carnis petulantia< m > penitus abhorrentes, pudicitiam perfectissime servaverunt; nunc cogitationibus verbis, sensibus et operibus legem imponentes, extra excessum et ultra defectum sistere et per consequens in eis medium tenere curaverunt; nunc orationi die 1035 noctuque insistentes soli Deo placere didicerunt; nunc mu< n > di strepitum et mundanorum hominum consortia fugientes, ad ecclesias et loca devota et solitaria in quibus liberius (fol. 5vb) vacare contemplationi possent adierunt; nunc tandem viros boni consilii vite et exempli 1040 cum quibus iugiter conversari et eorum consilio in suo proposito secundum Deum conservari possent perquirentes, et eis suum conceptum et animi propositum exprimentes aperuerunt.

31. Sic igitur a mundo mente et corpore expediti, ac ab 1045 eo totaliter liberati, sic etiam ut absque conscientie scrupulo de cetero iuste possint suum desiderium adimplere

| 1024: opporteret] opportere cod. | 1031: petulantiam] petulantia cod.
| 1037: mundi] mudi cod.

dispositi, sic denique ad ea que observare proponebant
post suam corpoream unionem sua providentia assuefac-
1050 ti, die ab eis instituta, et eis a Domina nostra et divinitus
inspirata, cum Dei reverentia et timore, premissa super
hoc corali et sanctissima oratione, ad eorum diu affecta-
tum desiderium adimplendum, sicut mente prius fuerant
adunati, ita corporaliter invicem uniuntur. Erat autem
1055 Florentie extra portam civitatis in angulo cimiterii fra-
trum minorum, quod cimiterium est in parte dextra ec-
clesie dictorum fratrum, et in capite platee eorum, que-
dam domuncula; nondum enim fratres minores locum to-
tum dicti cimiterii, cum ordo eorum adhuc novus esset
1060 occupaverant. In dicta igitur domuncula die supradicta,
tempore scilicet nativitatis beati Phyllippi corporaliter se
recolligentes, et beate Virginis Marie primitus et suorum
servorum ordinem initiantes, suum unionis desiderium
inpleverunt.

CAPITULUM SEPTIMUM

1065

Quomodo in eorum corporali unione
statim nomen speciale nostri ordinis acceperunt

32. Mira res o fratres mei et nullatenus a nostri ordinis
fratribus ignoranda, sed celebri honore commendanda. In
ipso namque nostri ordinis principio, in quo dicti gloriosi 1070
primi parentes nostri ad nostri ordinis originem se corpo-
raliter ut prediximus coniunxerunt statim fratres, servi
beate Virginis Marie ipsis hoc nomen unde et a quo pro-
cesserit ignorantibus ab omnibus vulgariter et communi-
ter nominantur, unde constat non ab homine, set a Do- 1075
mina nostra, beata scilicet Virgine Maria hoc nomen esse
nostri ordinis primis parentibus voce populi hoc divina
inspiratione probante, ac dictum nomen subito a nullo
hominum habitum acclamante primitus elargitum. Di-
gnum quippe erat, ut sicut Domina nostra nulli ut supe- 1080
rius expressimus homini, voluit sui ordinis, set solum sibi
proprie attribui, et primitus fundamentum, ita etiam no-
men dicti sui ordinis a nullo alio quam a se et filio posset
primitus inveniri, ac inventum sui ordinis fratribus con-
donari. Quare constat quod tunc temporis Domina no- 1085
stra cum primi sui ordinis fratres qui et primi parentes
nostri fuerunt ad invicem corporaliter adunati, dictum
nomen ab ea primitus adinventum statim voluit ab omni-
bus vulgariter et communiter acclamantibus publicari, et
sepe dictos sui or(f.6ra)dinis fratres et primos patres no- 1090
stros servos suos specialiter nominari.

33. Quod autem dictum nomen a nullo homine processerit velut a primo ipsius nominis inventore set solum a Domina nostra, ex hoc apparet: nam cum a fratre Alexio 1095 de dicto speciali nomine ordinis inter alia unde primitus venerit singulariter percunctarer, respondit: «Ego, inquit, nunquam scire potui nec a me nec ab alio nunquam potuit indigari hoc nomen ab homine primitus advenisse, et idcirco solum a Domina nostra ordini nostro datum 1100 semper me recolo, et alias sotios fratres meos approbando credidisse». Cum igitur dictus frater Alexius fuerit unus de primis septem fratribus nostrum ordinem sua corporali unione incipientibus, nullus debet penitus dubitare, quod si dictum nomen ab aliquo homine habuisset or- 1105 tum, ab eo non fuisse ullatenus ignoratum; quare sane tenendum est et firmiter, a nostri ordinis fratribusne <sint> ingrati tanti beneficii verbis et operibus approbandum, dictum nomen a Domina nostra Virgine Maria primitus adinventum ac benigne sui ordinis fratribus con- 1110 donatum. Hoc autem ita ut prediximus se habere ipsa Domina nostra comprobavit, cum ut inferius apparebit beato Petro martiri devoto suo, habitum quem gerimus et regulam quam habemus in visione demonstravit. Nam tunc et dictum nomen velut a se primitus datum nostro 1115 ordini confirmavit.

34. Caveamus igitur o fratres et patres mei et diligent indagine videamus qualiter hoc nomen tante Virginis servitutis cum ad profexionem nostram venimus assuma- 1120 mus, et diligenter deinceps si tante Domine honorem debitum sine negligentia a nobis impendatur actendamus; nam sicut qui caute cum omni cordis munditia servitutis

| 1107: *sint*] aggiunto dal Morini | 1119-1120: *honorem debitum...a nobis im-*
pendatur] così il *cod.*, sgrammaticando | 1120: *impendatur*] *impediatur cod.*

Domine nostre nomen assumentes, et ei debitum servitii honorem impendentes, suum pre ceteris ordinem exaltant, ita qui incaute cum cordis inmunditia predictum nomen non verentur assumere, nec debitum Domine no- 1125 stre honorem curant impendere, ordinem Virginis Marie quantum in eis est vituperant et deturpant. Quare quantum sit nomen hoc nobis a Domina nostra datum cum omni modestia attendamus; et digne servitutis obsequia tante Virgini Matri et Domine nostre impendentes sem- 1130 per cum matura reverentia et timore mundi corde et corpore coram eam compareamus. Sic enim et ordinem suum in conspectu omnium honorabilem ut est debitum ostendemus, et tandem optimum nostre servitutis ab ea premium sibi fideliter servientibus reservatum recipie- 1135 mus.

| 1123: *impendentes*] *impedientes cod.* | 1124: *ita qui*] *ita quod cod.*, per erro-
re di abbreviazione | 1132: *coram eam*] così il *cod.* per: *coram ea*

CAPITULUM OCTAVUM

De perfectione caritatis eorum,
quam ad Deum ad se et ad proximum habuerunt

1140 35. Deo igitur specialiter de eis curam gerente adque eis perfecte secundum tria predicta providente cor suum ad impletionem precepti ordinate (*f.6rb*) caritatis adunati primitus firmaverunt; quare affectum suum totum in Deum dirigendo, et ei unanimiter et coraliter inherendo, 1145 et ex hoc nichil aliud preter ipsum vel non nisi propter ipsum appetendo, eum ex toto corde diligebant. Vegetationem vero omnem corporis adque sensibilium omnium quorumcumque sensuum perceptionem in Dei laudem convertendo, et in cunctis per consequens actibus anime 1150 eius gloriam intendendo, et ex hoc ei omnium bonorum operum honorem tribuendo, eum infallibiliter ex tota anima diligebant, set tandem investigationem omnem et inventionem ad quam cogitatione media, vel ratiocinatione actingere poterant Domini servitio subiugando, et 1155 ei iugiter servire cupiendo et ex hoc ipsum velut singularem Dominum metuendo eum incessanter ex tota sua mente diligebant⁵³.

⁵³ Cf. Dt 6,5: «Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota fortitudine tua»; Mt 22,37: «Ait illi Iesus: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et in tota anima tua, et in tota mente tua. Hoc est maximum, et primum mandatum». La LO tratta la figura dei nostri Padri iniziando dal primo e fondamentale comandamento. Le tre parole-chiave del precezzo veterò e neo-testamentario (cuore, anima, mente) commentate quasi in filigrana, mostrano la pienezza e totalità del loro amore verso Dio.

36. Anime vero sue ordinata caritate primo ei in bello contra carnem auxilium confereba< n>t, opera penitentie exercebant, ne caro concupiscens adversum spiritum⁵⁴, eum suo dominio subiugaret; secundo in via virtutum eius consilio adherebant, in predicta virtutum via discretionem tenere affectando ut ubi erat impetus spiritus, illuc concite gradientes⁵⁵ carnem sequi spiritum coartarent⁵⁶; et tertio in lectulo conscientie ei obsequium exhibabant additus thalami id est sensus suos ab incauta resertatione custodiendo, ne sollicitudine temporalium subintrante, contemplationis cubiculum conturbaret⁵⁷; set corpori suo et caritatis ordinem retinendo primo cibaria de-

| 1159: conferebant] conferebat cod. | 1171-1172: eum...eum] così il cod., male concordando il pronome maschile col neutro

⁵⁴ Cf. Gal 5,17: «Caro enim concupiscit adversus spiritum: spiritus autem adversus carnem: haec enim sibi invicem adversantur: ut non quaecumque vultis, illa faciatis».

⁵⁵ Cf. Ez 1,12: «Unumquodque eorum coram facie sua ambulabat: ubi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur, nec revertebantur cum ambularent». Il profeta contempla i cherubini che volano veloci portando la gloria di Dio, dovunque lo Spirito li muova.

⁵⁶ Cf. Gal 5,16-18: «Dico autem: Spiritu ambulate, et desideria carnis non perficietis. Caro enim concupiscit adversus spiritum: spiritus autem adversus carnem: haec sibi invicem adversantur». Singolare, ma espressivo, l'accostamento tra Ez 1,12 e Gal 5,16-18, dove la parola-chiave che unisce i testi è l'impeto dello «Spirito» che trasporta dalla terra al cielo, abbandonando ogni bramosia e ritardo terreno.

⁵⁷ Cf. Ct 3,1-4: «In lectulo meo per noctes quae sivi quem diligit anima mea: quae sivi illum, et non inveni. Surgam, et circuibo civitatem: per vicos et plateas quaeram quem diligit anima mea: quae sivi illum, et non inveni. Invenerunt me vigiles, qui custodiunt civitatem: Num quem diligit anima mea vidistis? Paululum cum pertransissem eos, inveni quem diligit anima mea: tenui eum, nec dimittam». L'attesa brama dello Sposo e delle sue soavi intimità divine spinge all'ascesi e alla custodia vigilie dei sensi, al distacco dalle preoccupazioni del mondo. I Padri sono sapientemente paragonati alla sposa del Cantico innamorata dello Sposo, in attento ascolto di ogni sua visita.

1170 bita ministrabant⁵⁸, ne honus ferre penitentie recusaret.

Secundo virga eum directionis⁵⁹ ad anime beneplacita dirigebant, ut eum sub salutis disciplina iugiter retinerent; et tertio ei honus cum discretione penitentie imponebant, ne velut pullus honagri liberum se reputans⁶⁰ lasciviret.

1175 37. Proximum vero tandem etiam secundum caritatis opera inspiciebant: nam primo eius necessaria cognoscendo et ex hoc ei pietatis visceribus compatiendo, egentes in cunctis mentis et corporis iuxta posse indigentiis reficiebant; secundo eum velut fratrem attendendo et ex hoc ei 1180 ut sibimet misericordiam exhibendo, peccantibus in se iniuriam propriam dimittebant; et tertio eius statum sollicite inspicioendo, et ex hoc iustis congaudendo et peccatoribus compatiendo, iustos in statu iustitie confovebant, set peccatores ne in suis miseriis descenderent convertebant⁶¹.

⁵⁸ Cf. Sir 33,25: «Cibaria, et virga, et onus asino: panis, et disciplina, et opus servo». Il testo del Siracide serve da elemento rivelatore dell'ascesi e della penitenza dei Padri. Tre parole-chiave demarcano il cammino penitenziale: «cibaria», «virga», «onus»: il sufficiente al corpo, paragonato a un asinello; il bastone della disciplina, quando esige troppo; il peso della penitenza, imposto con discrezione.

⁵⁹ Cf. Sal 44,7: «...virga directionis, virga regni tui», interpretato alla luce di Sir 33,25.

⁶⁰ Cf. Gb 11,12: «Vir vanus in superbiam erigitur, et tamquam pulum onagri se liberum natum putat».

⁶¹ Sembra che alla base di questo ritratto di carità corporale e spirituale verso il prossimo dei nostri Padri stiano due fondamentali testi biblici: 1 Pt 3,8-9: «In fine autem omnes unanimes, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles: non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, sed econtrario benedicentes: quia in hoc vocati estis, ut benedictionem hereditate possideatis»; e Lc 6,27-38: «Diligitе inimicоs vestroс, benefacite hiс, qui oderunt vos... Et qui te percutit in maxillam, praebe et alteram... Omni autem petenti te, tribue: et qui aufert quae tua sunt, ne repe-

38. Quare Deum, animam propriam, proximum, corpus proprium ordinata ut dictum est caritate diligebant; quare perfecta Deo iam caritate adherentes⁶², toto eorum conatu in cunctis bonis operibus se exercebant⁶³: nam 1190 contra illatam iniuriam erant fortes patientia⁶⁴, qua omnia equanimiter portabant, contra vite mollitiem erant duri continentia⁶⁵, qua carnis et mundi mollitiem (f.6va) abhorrebant; contra pigritiam erant igne fervidi⁶⁶ sufferentie, qua mentem tepescere non sinebant; contra 1195 ignorantiam erant splendidi benignitatis redundantia⁶⁷, qua temporalia largiter necessitatis tempore exibendo⁶⁸ alios hedificabant; contra mundanam sollicitudinem erant cauti prudentia⁶⁹ qua nec honores amiebant nec

tas...Benefacite, et mutuum date, nihil inde sperantes: et erit merces vestra multa, et eritis filii Altissimi, quia ipse benignus est super ingratos et malos. Estote ergo misericordes sicut et Pater vester misericors est... Dimittite, et dimittemini. Date, et dabitur vobis...». La LO è attenta a presentare le note essenziali della santità dei Padri come adempimento ai tratti della santità evangelica.

⁶² Cf. 1 Cor 6,17.

⁶³ Cf. Ef 2,10.

⁶⁴ Cf. Rm 12,12.

⁶⁵ Cf. Gal 5,23.

⁶⁶ Cf. Rm 12,11.

⁶⁷ Cf. Gal 5,22.

⁶⁸ Cf. Rm 12,13.

⁶⁹ Cf. Rm 12,16. Giova riferire Rm 12,9-16 per intero: «Dilectio si-ne simulatione. Odientes malum, adhaerentes bono: Charitate fraternitatis invicem diligentes: Honore invicem praevenientes: Sollicitudine non pigri: Spiritu ferventes: Domino servientes: Spe gaudentes: In tribulatione patientes: Orationi instantes: Necessitatibus sanctorum communicantes: Hospitalitatem sectantes. Benedicite consequentibus vos: benedicte, et nolite maledicere. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus: idipsum invicem sentientes: Non alta sapientes, sed humilibus consentientes».

propria repetere iam curabant⁷⁰; contra vero animi in-
1200 constantiam erant immobiles perseverantia, qua a caritate
Christi separari⁷¹ velut maximum iam supplicium reputa-
bant.

39. Quapropter depresso humilitate⁷², < ha > bebant
iam ut fortes radicem caritatis in proposito, ita quod dice-
1205 re cum David poterant: «Diligam te Domine fortitudo
mea⁷³» et cetera; et eternorum spe suspensi, erigebant iam
ut fortiores stipitem caritatis in experimento ita quod
cum Iob clamare poterant: «Etiam si occiderit me factor
meus, sperabo in eum⁷⁴»; et tandem consumati caritate,
1210 actingebant iam ut fortissimi cacumen caritatis in flagello-
rum gaudio, quo pati pro Christo summo gaudio affecta-
bant, et ideo cum apostolis gaudentes iam a conspectu
consilii voluntate et mente incedebant⁷⁵. Et ideo velut
prudentes virgines lampades iam preparatas in manibus
1215 portabant⁷⁶: nam vas clarum id est cor purum posside-
bant in quo ospitium dilecto preparabant; oleo vas id est
devotione cor replebant, in qua dilectum cum gaudio ex-

| 1203: habebant] bebant cod.

⁷⁰ Cf. Lc 6,30.

⁷¹ Cf. Rm 8,35.

⁷² Cf. Rm 12,16: «'Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus:
id ipsum invicem sentientes: non alta sapientes, sed humilibus consentientes».

⁷³ Sal 17,2.

⁷⁴ Cf. Gb 13,15. Il testo di Giobbe è leggermente diverso, benché il
senso rimanga intatto: «Etiamsi occiderit me, in ipso sperabo».

⁷⁵ Cf. At 5,41: «Et illi quidem ibant gaudentes a conspectu concilii,
quoniam digni habitu sunt pro nomine Iesu contumeliam pati»

⁷⁶ Cf. Mt 25,1-10: la parabola delle dieci vergini ispira all'autore della LO il luminoso itinerario spirituale dei Padri.

pectabant: calore igneo id est fervoris desiderio cordis
lampadem incendebant, in quo venienti ad cor Christo
occurrebant; et tandem splendore id est exemplo proxi-
1220 morum et speculazione supernorum dictam cordis lampadem
illuminabant, in quibus iam Christo pulsanti cum lacrimarum claritate aperientes, eumque in suo corde recipientes nec non et dona gratie eius sentientes, tanti sponsi
presentia iubilabant. Et ideo cunctis iam exempla sancti-
1225 tatis ostendendo, eos suo exemplo caritate incendebant et
ad Christi amorem animantes aducebant⁷⁷.

| 1223: aperientes] apparentes cod.

⁷⁷ Questo capitolo, come si può intuire dalle note, è un tessuto di testi e di reminiscenze bibliche, soprattutto desunte dalle esortazioni degli Apostoli, specialmente di Paolo nelle sue lettere. Ciò fa intuire l'assunto dell'autore della LO di mostrare pienamente evangelica e cristiana la vita santa dei Padri, interiormente radiosa, esternamente operosa.

CAPITULUM NONUM

1230 Qualiter ex personarum secularium nimia frequentia
ad montem Sonarium se trastullerunt

40. Cum igitur sic essent caritate ad Deum ad se et ad proximum ordinati in tantam ex hoc devotionem populi devenerunt, quod cotidie a viris et a mulieribus patrocinia eorum impetrare cupientibus, et ipsorum verbis et exemplis informari devotissime affectantibus visitantur ac ut suis eos orationibus adiuvent, nec non et consiliis se visitantes dirigerent requiruntur, et ita requisitione et visitatione personarum occupati, et ex hoc distractione mentis a desiderato contemplationis statu iugiter impediti motus 1235 lestantur. Cernentes igitur dicti viri gloriosi parentes nostri⁷⁸ se iam egressos de terra sua carnali extincta voluptate, et de cognatione sua separatos fluctuante et per consequens (*f.6vb*) mergere cogente resecata cogitatione, tamen 1240 videntes se ex dicta visitatione ne ad terram eis divina inspiratione mostrata<*m*> pergerent retardari, idcirco sicut de terra et cognatione sua, de corporali scilicet voluptate et fluctuante scilicet cogitatione, iam egressi erant, ita de domo patris sui⁷⁹ mundana abdicata conversatione 1245

| 1235: ac] *hac cod.* | 1241-1242: *extincta voluptate*] *extincta voluntate voluptate cod.*, espungendo: *voluntate* | 1245: *mostrata*] *mostrata cod.*

⁷⁸ Cf. Sir 44,1.

⁷⁹ Cf. Gen 12,1: «Dixit autem Dominus ad Abram: Egressere de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui, et veni in terram

ut ad viventium sibi a Deo terram⁸⁰ demonstratam sine impedimento pertingerent, egredi statuerunt; dum enim eis 1250 esset anima una et cor unum⁸¹ ad Deum summe diligendum et ei honorem in omnibus tribuendum, et ex hoc ei mente perpetuo adherendum, et ex tali frequentia personarum Deo distractione mentis displicere maxime formidarent, ideo Deus eadem caritate qua eos ad simul corporaliter habitandum et idcirco ad terram et cognationem suam relinquendam, ac ex hoc ad populum hedificandum⁸² ligaverat, similiter ad hoc ut de domo patris sui egredierentur id est ad mundanam frequentiam relinquendam, cor unum dedit; quare cum ab oratione et contemplatione surgentes⁸³ ob mentis recreationem ad loquendum de Deo invicem convenienter mutuo super dicto suo proposito se inter alia excitantes dicebant: «Venite fratres, venite et hunc locum dubii et periculi relinquamus et alium solitarium in quo desiderium nostrum valea<*t*> conservari Deo duce inquiramus⁸⁴». Igitur dum in tali a se affectato proposito perdurarent et quid a se super eo facere vel quo pro suo implendo desiderio pergerent non haberent, et id circa in solo Deo quem de se

| 1257: ac] *hac cod.* | 1265-1266: *valeat*] *valea cod.* | 1268: a se...facere] locuzione grammaticata del codice

quam monstrabo tibi». Il commento della LO alla decisione dei sette Padri di lasciare Firenze per altro luogo più solitario ispirato loro da Dio, è ricalcato sulla vocazione di Abramo.

⁸⁰ Cf. Sal 26,13: «Credo videre bona Domini in terra viventium».

⁸¹ Cf. At 4,32.

⁸² Cf. Gen 12,1-2.

⁸³ Cf. Lc 22,45. Alzarsi dall'orazione (sul modello di Gesù nell'orto degli ulivi) può essere modo comune d'esprimersi della spiritualità medievale.

⁸⁴ Cf. Mc 6,31-32: «Et ait illis: Venite sorsum in desertum locum, et requiescite pusillum. Erant enim qui veniebant et redibant multi...».

1270 curam habere didicerant spem haberent et propterea se ei tota mentis devotione commicterent⁸⁵, tandem Deus qui prevenit diligentes se, prevenit inspirando ut ea que ad eorum salutem pertinent concupiscant, qui et voluntatem timentium se implet⁸⁶, cum de nullo alio quam de se contumaciter fidant, istorum patrum nostrorum obvians desiderio, sicut eis dictum desiderium inspiraverat, ita cum sua larga providentia eis locum concupitum et a se diu affectatum ostendendo, ac modum quo possent dictum locum habitate tribuendo consumavit.

1280 41. Est autem mons quidam a dicta Florentie civitate ferre per octo miliaria distans, qui intus cavernosus existens, et per consequens percussus in aliquibus sui partibus sonum faciens, et ex tali sono nomen accipiens mons Sonarius, vel Sonaius a sono antedicto est primitus appellatus, 1285 licet corrupto vocabulo a pluribus de vulgo mons Asinarius 'a' primum superflue apponentibus, et 'o' in 'i' corrupte transmutantibus vocetur. Hunc ergo montem Deus dictis patribus nostris inspirando demostravit⁸⁷, ac eos ut ad eum ob sui desiderium adimplendum accederent, et ac 1290 cedendo habitarent animavit. Hunc igitur montem (*f.7ra*) longe eis a Deo ut pote qui pre aliis circumiacentibus

| 1288: ac] *hac cod.* | 1291: a Deo] sottintendi: ostensum, come aveva proposto il Morini | 1291: circumiacentibus] così il *cod.* | 1292: exaltatus] *ealtatus cod.*

⁸⁵ Cf. 1 Pt 5,7: «...omnem solicitudinem vestram proiicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis».

⁸⁶ Sal 144,19.

⁸⁷ Cf. Gen 22,2: «Ait illi: Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis, Isaac, et vade in terram visionis: atque ibi offeres eum in holocaustum super unum montium quem monstravero tibi». La LO riprende la vocazione di Abramo -qui più esattamente la sua obbedienza nel mettersi in viaggio verso il monte per sacrificare a Dio il proprio

montibus⁸⁸ est a terra e< x > altatus⁸⁹ aspicientes et ad eum ob eius dispositionem intuendam accedentes in eius summitate quamdam pulcarimam licet parvam planitiem, et in parte eius quemdam optime fontem aquae et circum- circa dictam planitiem quoddam nemus, ac si manu esset consitum optime ordinatum invenerunt. Dictum 1295 igitur montem eis a Deo preparatum⁹⁰ invenientes, et aptissimum suo proposito cernentes, ut pote qui ab habitatione hominum elongatus et in sui summittate penitentiam age- 1300 re cupientibus totus aptus, Deo pro dicto montis loco immensas gratias egerunt. Invento igitur loco eorum implende voluntatis congruo iam non amplius, «Venite inquiramus», set magis, «Venite locum a Domino preparatum videamus, et ad montem Domini nostre penitentie 1305 aptum ascendamus⁹¹» acclamabant, ac unus alteri cum Dei timore et gaudio dicebant: «Quare sedemus? Venite

| 1296: ac] *hac cod.* | 1303: voluntatis congruo] così il codice; meglio: voluntati congruo | 1306: ac] *hac cod.*

figlio- per documentare spiritualmente la decisione dei Padri di salire al monte indicato loro interiormente da Dio.

⁸⁸ Cf. Sal 124,1-2: «Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion: non commovebitur in aeternum, qui habitat in Ierusalem. Montes in circuitu eius: et Dominus in circuitu populi sui, ex hoc nunc et usque in saeculum».

⁸⁹ Cf. Gv 12,32.

⁹⁰ Cf. Is 2,2.

⁹¹ Cf. Is 2,2-3: «Et erit in novissimis diebus praeparatus mons domus Domini in vertice montium, et elevabitur super colles, et fluent ad eum omnes gentes. Et ibunt populi multi, et dicent: Venite, et ascendamus ad montem Domini, et ad domum Dei Iacob; et docebit nos vias suas; et ambulabimus in semitis eius: quia de Sion exhibit lex, et verbum Domini de Ierusalem». Il monte Senario viene spiritualmente visto dall'autore della LO come il monte santo di Dio cantato da Isaia, al quale ascendono i popoli per imparare le vie di Dio e vivere la sua Parola.

venite, egrediamur civitatem, mundanam conversationem relinquamus, in omni circa regionem pedem non fi-
1310 gamus, nec retro ad anime nostre nociva respiciamus, set ad hunc Domini montem divina nobis providentia reservatum ascendamus⁹², ut Domini voluntatem in omnibus implere secundum nostrum desiderium valeamus». Montem igitur predictum ascendentes, et in eius summitate quamdam domu< n >culam eorum primitus habitatio-
1315 ni congruam erigentes se ad eam corporaliter inhabitandam domum quam prius Florentie habuerant relinquendo transtulerunt.

| 1309: in omni circa regionem] discordanza grammaticale nel cod. | 1315: quamdam domunculam] quemdam domuculam cod.

CAPITULUM DECIMUM

Quomodo nomen et locus dicti montis
nostro ordini congruebatur 1320

42. Fuit autem congruum dictos patres nostros predic-
tum montem Sonaia a Deo accipere ad eum inhabitandum, ut locus ascensui et nomen ipsorum sonui conveni-
ret; quod autem locus ascensui conveniret eorum appareat: 1325 cum enim iam mansisset in valle lacrimarum⁹³ in qua per contritionem abluti, et per consequens mundi et ambulantes ad ascensum effecti, ascensiones in corde suo dis-
ponebant in valle lacrimarum; cum etiam conversati fuissent in planicie morum in qua unctione Spiritus Sanc-
ti eos de omnibus docente⁹⁴ eruditi, et ex hoc mansuetu-
dine habituati, perambulabant in innocentia cordis sui in 1330 medio domus Dei⁹⁵; cum nichilominus resederint in colle virtutum, in quo diversis virtutum cibis recreati, et per hoc donis celestibus accumulati dicere poterant: «Si consi- 1335

| 1321: congruebatur] così il cod. per: congruebat

⁹³ Sal 83,6-7: «Beatus vir, cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit, in valle lacrimarum in loco quem posuit».

⁹⁴ Cf. 1 Gv 2,27: «Et vos unctionem, quam accepistis ab eo, maneat in vobis. Et non necesse habetis ut aliquis doceat vos: sed sicut unctionis eius docet vos de omnibus, et verum est, et non est mendacium. Et sicut docuit vos: manete in eo».

⁹⁵ Cf. Sal 100,2: «Psallam, et intelligam in via immaculata, quando venies ad me. Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meae».

⁹² Cf. Gen 19,14-17. La frettolosa uscita di Lot e della sua famiglia da Sodoma per ingiunzione degli angeli con l'ordine di non voltarsi indietro, fa da sfondo alla definitiva uscita dei Padri da Firenze verso il monte Senario. Gli angeli mostraron a Lot un monte vicino, quale luogo di salvezza: «Eduxeruntque eum, et posuerunt extra civitatem, ibique locuti sunt ad eum, dicentes: Salva animam tuam: noli respicere post tergum, nec stes in omni circa regione: sed in monte salvum te fac, ne et tu simul pereas».

stant adversum me castra non timebit cor meum⁹⁶; iam eos ad speculandum in montem ascendere erat dignum ut in eo inluminati, et per hoc spiritu sapientie et intellectus illustrati⁹⁷ et odore superne felicitatis perfusi, oculos suos semper ad Dominum habentes⁹⁸ clamarent: «Cum ignorremus quid agere debeamus, hoc unum solum habemus refugii ut oculos nostros levemus ad te⁹⁹». Sic igitur locus ascensui eorum convenire appetet¹⁰⁰.

43. Quod autem nomen montis (*f.7rb*) eorum sonui conveniret patet. Nam cum Deo eos vocante et ad sui cognitionem et amorem aducente, suavem sonum Deo obedientie promptitudine facerent, respondendo: «Loquere Domine quia audiunt servi tui¹⁰¹»; cum etiam Spiritu

| 1344: sonui] così il cod. per: soni

⁹⁶ Sal 26,6.

⁹⁷ Evidentemente la LO si richiama a Is 11,2.

⁹⁸ Cf. Sal 24,15: «Oculi mei semper ad Dominum: quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos».

⁹⁹ 2 Cr 20,12: il testo biblico, espressamente citato dalla LO, è leggermente diverso: «In nobis quidem non est tanta fortitudo, ut possimus huic multititudini resistere, quae irruit super nos. Sed cum ignorremus quid agere debeamus, hoc slum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te».

¹⁰⁰ Già è stato rilevato l'influsso di Gregorio Magno sull'autore della LO nell'interpretazione mistica dell'ascesa dei sette Padri dalla valle al monte. Così si esprime Gregorio Papa in un'omelia su Ezechiele (*In Ezechielem, II, hom. 7. PL 76,1017*): «...nisi quis prius humilitatem haberit, ad hos gradus donorum spiritualium non ascendit... De quo per Psalmistam dicitur: 'Ascensus in corde eius dispositus in convalle lacrimarum'. Convallis quippe humilis locus est, et peccator quisque dum se in lacrimis humiliiter afflit in corde, per ascensum virtutum proficit» (cf. F. DAL PINO, *op.cit.*, p.398-399).

¹⁰¹ Cf. 1 Sam 3,10: «Et venit Dominus, et stetit: et vocavit, sicut vocaverat secundo Samuel: Samuel? Et ait Samuel: Loquere, Domine, quia audit servus tuus». La pronta obbedienza di Samuele al Signore diventa tipo dell'obbedienza pronta dei Padri.

sancto flante¹⁰² et sancta inspiratione replente sibi dulcem sonum pia devotione exibherent, clamando: «Ne pro- 1350 hicias me a facie tua et Spiritum sanctum tuum ne auferas a me¹⁰³»; cum etiam manu eorum pulsante et suo pulsu multiplicem sanctam operationem reddente delectabilem proximo sonum santi exempli ostensione redderent¹⁰⁴ di- 1355 cendo: «Christi bonus odor sumus in omni loco¹⁰⁵»; cum 1360 etiam fratres ordinis beate Virginis Marie, cuius ordinis iam ipsi principium existebant deberent parum post mundum suo sono verbo scilicet et opere excitare, ac ex- 1365 citatos ad Christum sequendum exemplo sui aducere, et ita mundo ad Dei laudem se ipsos manifestando et conve- nientem sonum sua commoditate cantando dicere: «Do- 1370 mus Israel, venite ambulemus in lumine Domini¹⁰⁶». Iam conveniens erat ut qui Deo sibi et proximo suavem et de- centem sonum faciebant, ac toti mundo tandem fratres ab eis processuri sonare debebant, locum sonorium facien- 1375

| 1355: sumus] sonus cod.

¹⁰² Cf. Gv 3,8: «Spiritus ubi vult spirat: et vocem eius audis, sed ne- scis unde veniat, aut quo vadat: sic est omnis, qui natus est ex Spiritu».

¹⁰³ Sal 50,13.

¹⁰⁴ Forse è sottintesa nel testo la figura e l'azione di Davide, che suonando la cetra allontanava da Saul lo spirito maligno. Cf. ad es. 1 Sam 16,23: «Igitur quandocumque spiritus Domini malus arripiebat Saul, David tollebat citharam, et percutiebat manu sua, et refocillabatur Saul, et levius habebat. Recedebat enim ab eo spiritus malus». L'autore della LO congiunge invece due percezioni sensitive (suono e odore) per mostrare l'espandersi soave del profumo di santità dei sette Fondatori in Firenze ed oltre.

¹⁰⁵ 2 Cor 2,14-15. Il testo paolino, riferito forse a memoria dall'autore della LO, è leggermente diverso: «Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo Iesu, et odorem notitiae sua manifestat per nos in omni loco: quia Christi bonus odor sumus Deo in iis, qui salvi fiunt, et in iis, qui pereunt».

¹⁰⁶ Is 2,5.

tem et nomen sonantis habentem a Deo acciperent et ac-
cipiendo primitus inhabitarent. Quare apparet quod con-
gruum fuit etiam ex parte ascensus et soni eorum, Deum
eis montem Sonaia preparasse ac eos in eo sic a Deo para-
1370 to habitassem.

| 1366: sonantis habentem] sonantis facientem habentem *cod.*, espugnando:
facientem | 1369: ac] hac *cod.*

CAPITULUM UNDECIMUM

De triplici tabernaculo ab eis constructo sue perfectionis

44. In dicto igitur monte consistere debentes eum sua presentia decorando in eo triplex tabernaculum constru- 1375
xerunt¹⁰⁷, scilicet materiale, mixticum, et morale. Materiale quidem tabernaculum fuit corporale supradicti montis habitaculum; hoc autem fuit eis divina inspiratione monstratum¹⁰⁸, super verticem dicti montis fundatum¹⁰⁹, de vili materia fabricatum; aque fontis habundantia irriga- 1380
tum, pulcro lignorum nemore circumvallatum, prato er-
barum virentium decoratum, sanissimo a Deo aere dota-
tum et tandem dictorum patrum nostrorum habitatione consumatum.

Morale vero tabernaculum fuit in mente cuiuslibet eo- 1385
rum speciale Christi domicilium; hoc autem fuit in mon-
te Christo exemplar ostensum¹¹⁰ ab ipsa sapientia hedifi-

| 1386: speciale] così il *cod.*; Morini: spirituale

¹⁰⁷ La LO si ispira evidentemente a Es 25-26: la costruzione dell'arca e del tabernacolo o padiglione, come visto da Mosè sul Sinai: «Et eriges tabernaculum iuxta exemplar quod tibi in monte monstratum est» (Es 26,30).

¹⁰⁸ Cf. Es 25,40: «Inspice, et fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est».

¹⁰⁹ Cf. anche Is 2,2.

¹¹⁰ Cf. Es 25,40; 26,30; Eb 8,5: «Vide (inquit) omnia facito secun-
dum exemplar, quod tibi ostensum est in monte». La LO sembra di-

1390 catum¹¹¹ super caritatis altitudinem fundatum¹¹², in animo cuiuslibet dictorum patrum nostrorum situatum, virtutum consonantia fabricatum, custodia virtutum sustentatum, nitore puritatis interius decoratum, set splendore boni operis exterius adornatum¹¹³, et tandem Christi presentia consumatum¹¹⁴.

1395 Misticum vero tabernaculum fuit singulare fratrum nostri ordinis receptaculum: hoc autem fuit a Domina nostra principaliter hedificatum, in humilitate patrum nostrorum fundatum, ipsorum concordia fabricatum, paupertate conservatum, munditia decoratum et presentia 1400 santorum fratrum sibi invicem usque ad diem iudicii succedere debentium consumatum.

1405 45. Istud autem ultimum tabernaculum quod est fratrum nostri ordinis singulare receptaculum, quod ordo servorum (*f.7va*) beate Virginis Marie specialiter nominatur, licet fuerit in persona patrum nostrorum unione incoatum, fuit tamen isto modo tandem ab eis in dicto monte dilatatum. Nam cum in dicto monte consistentes et de loco tam decenti eis a Deo preparato et ostento¹¹⁵ consolationem non modicam habentes, et cotidie de vir-

pendere da quest'ultimo testo biblico, perché usa «ostensum» di Eb 8,5 in luogo di «monstratum» di Es 25,40 e 26,30.

¹¹¹ Cf. Pr 9,1: «Sapientia aedificavit sibi domum, excidit columnas septem».

¹¹² Cf. Sal 47,2-3; 86,1-2.

¹¹³ Cf. Mt 5,16: «Sic luceat lux vestra coram hominibus: ut videant opera vestra bona, et glorificant Patrem vestrum, qui in caelis est».

¹¹⁴ Sono trasportate in senso allegorico-spirituale al «tabernacolo» interiore dei primi Padri le indicazioni e le fasi della costruzione dell'arca e del tabernacolo descritte in Es 25-26.

¹¹⁵ Cf. Gen 22,2-4.

tute in virtutem incidentes¹¹⁶, factum est Deo cooperante et eorum vita confirmante¹¹⁷ ut dicti patres nostri, odore 1410 sue fame affectionem populi ad sui amorem et devotionem amplius elongati excitarent, et excitatos ad se videntes animando traherent, quam fecerant dum erant eis copulati. Quapropter multi de populo sonum et odorem sanctitatis et virtutis eorum percipientes¹¹⁸ et percipiendo 1415 1420 tales sonum et odorem devotione intima insequentes¹¹⁹ ad locum unde tantus sonus et odor procedebat venire co<n>cite affectabant. Ad hunc igitur montem multi undique ex civitate et comitatu Florentie confluentes¹²⁰ et sibi invicem mutuo colloquentes¹²¹ dicebant: «Quare hos Domini servos a quibus tantus odor virtutum procedit videre tardamus ad ipsorumque notitiam negligimus venire? Venite igitur venite usque et ad hunc Sonorium et montem Domini odoriferum transeamus¹²², ac super ver-

| 1414: odorem] ordinem cod. | 1418: concite] cocite cod.

¹¹⁶ Cf. Sal 83,2-3.8: «Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum! Concupiscit et deficit anima mea in atria Domini. Cor meum, et caro mea exultaverunt in Deum vivum. Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus deorum in Sion».

¹¹⁷ Cf. Mc 16,20, dove degli Apostoli inviati nel mondo dopo l'Ascensione di Cristo si legge: «Illi autem profecti, praedicaverunt ubique, Domino cooperante, et sermonem confirmante, sequentibus signis».

¹¹⁸ Cf. Rm 10,18; 2 Cor 2,14-15.

¹¹⁹ Cf. Ct 1,3.

¹²⁰ Cf. Is 2,2-3.

¹²¹ Cf. Lc 2,15, dove i pastori si esortano a vicenda ad andare a Betlemme: «Et factum est, ut discesserunt ab eis angeli in caelum: pastores loquebantur ad invicem: Transeamus usque Bethlehem, et videamus hoc verbum, quod factum est, quod Dominus ostendit nobis».

¹²² Cf. Is 2,3; Lc 2,15.

1425 ticipem ipsius concidentes hos viros gloriosos¹²³ a quibus
sonus quem audivimus et odor quem percepimus proce-
dit videamus¹²⁴ quatenus per verba eorum igne caritatis
incensa via Domini addiscamus, et per exempla sanctita-
tis eorum ad ambulandum in semitis eius nos firmiter di-
1430 sponamus¹²⁵ ac per hoc secundum exemplar in hoc Do-
mini monte nobis per hos servos suos demonstran-
dum¹²⁶, omnia deinceps nostra opera faciamus¹²⁷. O fel-
ix et vere mirabilis horum patrum nostrorum etas, que a
Domino speciali cura regebatur, secundum eius volunta-
1435 tem in cunctis disponebatur et ad cuius sonum et odorem
populi currentes per tantum spatium trahebantur¹²⁸!

| 1430: ac] hac cod. | 1431: nobis] nobis ad nos cod., espungendo: ad nos

¹²³ Cf. Sir 44,1.

¹²⁴ Cf. Lc 2,15.

¹²⁵ Cf. Is 2,3.

¹²⁶ Cf. Es 25,40.

¹²⁷ Come balza evidente, il numero 45 della LO è un tessuto di riconosciuti biblici sapientemente accostati: i popoli che si esortano a salire sul monte Sion, per apprendere le vie del Signore e camminare le sue strade; i pastori di Betlem, che tra loro si incitano «ad andare fino a» e «vedere»; infine il Sinai, luogo della visione e modello dell'agire dell'uomo; e altre reminiscenze, tra cui il Sal 67,16-17 (il monte di Dio, monte pingue) e Ct 1,3 (la sposa che corre dietro il profumo dello Sposo).

¹²⁸ Cf. Is 2,2-3; Ct 1,3: «Trahe me: post te curremus in odorem un-
guentorum tuorum».

CAPITULUM DUODECIMUM

Quomodo suo exemplo alios ad Dei amorem
atrahebant et alios sibi adunabant

46. Ad hos igitur viros gloriosos parentes nostros¹²⁹ po- 1440
pulo undique confluente¹³⁰, quilibet secundum suam ca-
pacitatem fructum salutiferum reportabat¹³¹.

Nam alii exempla ipsorum aspicientes et velut in specu-
lo suam vitam in horum vita speculando¹³², imperfectam
cognoscentes suam statum de cetero in melius commuta-
bant; nec mirum in eis enim aspicientes verbo et exemplo
discebant, duplicitatem quam mundus diligit fugere et ce-
lestem simplicitatem tenere, vitia ex corde odire et virtu-
tes velut matres diligere; videbant namque eos non qui-
dem ut duplices, cor machinationibus tegere et sensum 1450
verbis velare, nec falsa vera ostendere, et vera falsa esse

¹²⁹ Cf. Sir 44,1.

¹³⁰ Cf. Mc 1,45, che scrive: «At ille (leprosus) egressus coepit praedi-
care, et diffamare sermonem, ita ut iam non posset (Iesus) manifeste
introire in civitatem, sed foris in desertis locis esset, et conveniebant
ad eum undique».

¹³¹ Cf. Mt 13,8.23; 25,15. Sembra che le due parabole riferite da
Matteo (quella del campo che accogliendo il seme produce dove il
cento, dove il sessanta, dove il trenta, e quella dei talenti dati a ciascu-
no secondo la propria capacità per moltiplicarne il frutto) come pure
l'accenno velato al popolo che da ogni parte accorreva a Cristo (Mc
1,45), traccino da soli una splendida immagine visiva dell'irradiazione
dei sette Padri.

¹³² Per il simbolismo di «speculum» v. nota 10.

palliare, set magis eos videbant ut vere (*f.7vb*) simplices
nil per ostentationem fi <n>gere, set sensum verbis aperire,
vera ut erant diligere et falsa devitare, bona sua gratis
1455 exhibere, mala libentius tollerare quam facere, nullius iam
eis illate iniurie ultionem querere, set pro veritate contumeliam pati lucrum putare¹³³.

Alii vero cum eis de Deo et celesti patria coraliter conseruentes, et ex hoc in mentis fervorem ascendentibus et eum
1460 occultare non valentes, certis signis ostendebant: nam interius in mente sua iubilantes, gaudio ineffabili a Deo replebantur, quod licet eum exprimere non valerent, tamen nec eum ullatenus poterant occultare; et ideo dictum fervorem et gaudium interius gemitibus indicabant. Nam tota eorum intentio erat, cor suum mundum servando, Christo decens locum parare, ipsum devotione replendo, dilectum cum gaudio expectare¹³⁴, fervoris desiderio incendendo, amico venienti occurrere¹³⁵; et tandem exem-

| 1448: odire] così il cod., posteriormente corretto con: odisse | 1453: finge-re] figere cod. | 1464: gemitibus] gentibus cod. |

¹³³ Evidente la dipendenza della LO da Gregorio Magno (*Moralia si-ve Expositio in Job*, X, 29. PL 76, 947): «Huius mundi sapientia est, cor machinationibus tegere, sensum verbis velare, quae falsa sunt vera ostendere, quae vera sunt fallacia demonstrare... At contra sapientia iustorum est nil per ostensionem fingere, sensus verbis aperire, vera ut sunt diligere, falsa devitare, bona gratis exhibere, mala libentius tolerare quam facere; nullam iniuriae ultionem quaerere, pro veritate contumeliam lucrum putare» (v. F. DAL PINO, *op.cit.*, p.399).

¹³⁴ Cf. Ct 2,8-10: «Vox dilecti mei: ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles...»; 3,1-4: «In lectulo meo per noctes quae sivi quem diligit anima mea...»; 5,1: «Veniat dilectus meus in hortum suum, et comedat fructum pomorum suorum...»; Mt 25,1-12 (le dieci vergini attendono lo sposo).

¹³⁵ Cf. Mt 25,6-7: «Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illae, et ornaverunt lampades suas».

plo proximorum et contemplatione supernorum ipsum illuminando, iam sponso ad ostium pulsanti cum lacrimarum claritate aperire¹³⁶; et ipsum intus in mente suscipiendo, eum velut summum bonum diligendo et ei in omnibus obtemperando honorare¹³⁷.

47. Alii autem odore virtutum eorum tracti et incensione verbi et exempli eorum coacti, non solum eos mente 1475 velut Dei amicos diligebant, set et insuper se ipsos ad Deo, cum eis in dicto monte serviendum, corporaliterque habitandum coartabant. Nec mirandum, si et isti trahebantur ad corporaliter cum eis habitandum, et per consequens ad mundum totaliter relinquendum, cum eos iam 1480 cernerent donis incomparabilibus adornatos¹³⁸ et mente

1470: ostium] hostium cod.

¹³⁶ Cf. Ct 5,2: «Ego dormio, et cor meum vigilat: vox dilecti mei pulsantis: Aperi mihi, soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea...»; Ap 3,20: «Ecco, sto ad ostium, et pulso: si quis audierit vocem meam, et aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, et coenabo cum illo, et ipse mecum».

¹³⁷ Il numero 46 della LO rivela una sutura biblica sottesa, dove la seconda tappa della contemplazione viene descritta con l'immagine nuziale della verginità sposata a Cristo, secondo il canone patristico della ricerca dello Sposo (come nel Canticò) e del suo gioioso possesso, dopo averlo ansiosamente cercato e finalmente trovato (vedi i trattati di Ambrogio sulla verginità).

¹³⁸ Cf. Is 11,2-3. Tutto il brano della LO si sviluppa commentando i sette doni dello Spirito Santo descritti da Isaia per il Messia: doni spiritualmente vissuti dai sette Padri nel programma delle beatitudini evangeliche e della mansuetudine di Cristo. L'accostamento così felice tra i doni dello Spirito santo e le beatitudini, si deve a sant'Agostino, da cui la LO manifestamente dipende: «Videtur ergo mihi etiam septiformis operatio Spiritus Sancti, de qua Isaías loquitur, his gradibus sententiisque congruere... Primus ibi est timor Dei, secunda pietas, tertia scientia, quarta fortitudo, quintum consilium, sextus intellectus, septima sapientia. Timor Dei congruit humilibus, de quibus hic dicitur: Beati pauperes spiritu, id est non inflati, non superbi, qui-

semper in celo collocatos¹³⁹: nam in eis donum timoris Domini inhorebat, quo humiles effecti¹⁴⁰ non alta sapient, set humilibus consentiebant¹⁴¹; et in eis donum pie-
1485 tatis apparebat, quo mites reddit¹⁴² Deum non quidem ei resistendo, set eum velut dulcissimum Dominum reverendo pie querebant¹⁴³; et in eis donum scientie reluce-

bus Apostolus dicit: Noli altum sapere, sed time (Rm 11,20), id est, noli extolli. Pietas congruit mitibus. Qui enim pie quaerit, honorat sanctam Scripturam et non reprehendit quod nondum intelligit, et propterea non resistit, quod est mitem esse; unde hic dicitur: Beati mites. Scientia congruit lugentibus, qui iam cognoverunt in Scripturis, quibus malis vincti teneantur, quae tamquam bona et utilia ignorantibus appetiverunt, de quibus hic dicitur: Beati qui lugent. Fortitudo congruit esurientibus et sipientibus. Laborant enim desiderantes gaudium de veris bonis et amore a terrenis et corporalibus avertere cipientes, de quibus hic dicitur: Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam. Consilium congruit misericordibus. Hoc enim unum remedium est de tantis malis evadendi, ut dimittamus sicut nobis dimitti volumus, et adiuveremus in quo possumus alios, sicut nos in quo non possumus cupimus adiuvari, de quibus hic dicitur: Beati misericordes. Intellectus congruit mundis corde tamquam purgato oculo, quo cerni possit quod corporeus oculus non vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit (1 Cor 2,9), de quibus hic dicitur: Beati mundi corde. Sapientia congruit pacificis, in quibus iam ordinata sunt omnia, nullusque motus adversus rationem rebellis est, sed cuncta obtemperant spirui hominis, cum et ipse obtemperat Deo, de quibus hic dicitur: Beati pacifici» (AGOSTINO, *De sermone Domini in monte*, 4,11. PL 34,1234-1235; CCL 35,p.9-10). Per l'autore della LO i sette Padri incarnano il programma spirituale dell'Antico e del Nuovo Testamento.

¹³⁹ Cf. Fil 3,20: «Nostra autem conversatio in caelis est».

¹⁴⁰ Cf. Mt 5,3: «Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum caelorum». Per la LO, che segue l'interpretazione agostiniana, «povertà in spirito» equivale a «umiltà».

¹⁴¹ Cf. Rm 12,16.

¹⁴² Cf. Mt 5,4: «Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram». Nella prospettiva della LO, le due prime beatitudini si ispirano alla figura di Cristo, «mite e umile di cuore» (Mt 11,29).

¹⁴³ Cf. Gc 4,5-8: «...Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Subdit ergo estote Deo, resistite autem diabolo, et fugiet a vobis. Appropinquate Deo, et appropinquabit vobis». Nell'interpreta-

bat, quo pro hiis quibus aliquando fuerant male usi dolentes, gemitum doloris emictebant¹⁴⁴; et in eis donum fortitudinis eminebat, quo esurientes et sitiientes iustitiam¹⁴⁵ 1490 et per consequens gaudium de veris bonis consequi affectantes ab erupnis presentis vite erui cupiebant; et in eis donum consilii existebat, quo misericordes effecti, proprias aliis iniurias dimictendo et eis commoda que poterant a Deo et hominibus procurando, similia a Deo iam 1495 recipere expectabant¹⁴⁶; et in eis donum intelligentie latebat, quo munditia cordis et corporis adornati, et per consequens mentis oculo purgati, contemplari iam celestia valebant¹⁴⁷; et eos donum sapientie consumabat, quo pacifici effecti¹⁴⁸ non iam motu inlicito Spiritui rebellarabant¹⁴⁹ 1500 sed caritatis visceribus in cunctis Deo ex habitu se obtemperare gaudebant¹⁵⁰. Cum igitur talibus (f.8ra) Spি

